

2335

C O D I C E S

2336

*Atque ferocis pelle leonis gaudet asellus
 Cum meliorem sumit bonorem quis patharellus
 Vt pharisei sunt pathareni semper ubique
 Quos toga uelat que mala celat gentis inique
 Vt nec amandi nec tolerandi sunt pharisei
 Sic reprobandi non imitandi sunt pathareni
 Namque bonorum siue malorum cognitor odit
 Quos scelerosos iure perosos actio prodit
 Quos notat index ultio uindex tempore finis
 Quando paratur quando minatur mors patarinis.*

Haereo, an *Bernardo Morlanensi* tribuam. Subjecit Librarius:

Explicit iste liber sit scriptor crimine liber.

Ad calcem Codicis compactae sunt Membranulae duae, quarum priore testatur *Petrus Inbel de Lichternach* Presbyter se a *Chilmano de Wickebe* Abbate et Conventu in *Himmerode*, Ord. S. *Bernardi* eorumque Provisore *Petro de Wickebe* accepisse debitos sibi XV. Rhenenses anno Domini M. CCCC. XII. Dominica qua cantatur letare Iherusalem. Altera Scabini Oppidi in *Bydeberg* *Henricus miles prepositus*, *Herwardus dictus Waller iusticiarius*, *Johannes de Fore*, *Nicolaus dictus Voit*, et *Johannes dictus de Milmbach* et *Dilkinns* promittunt *Henrico* seniori filio *Henzekini* iuxta portam *Conscabini* sui Coenobium *Himmerodense* ingressuro post Patris mortem legitimam Bonorum portionem. Datum Anno Domini M. CCC. Vicesimo quarto feria quarta post Dominicam qua cantatur, Cantate Domino.

DCXV.

Codex chartaceus lat. Sec. 186
 XV. Folior. 157. f. Opuscula a diversis scripta continet, ut sequuntur: I. *Nigelli* (non *Vigelli*, ut in quibusdam editis) *Wekerer*, *Wireker* s. *Wirecher Cantuariensis*, Monachi et Eccl. *Cantuar.* Praeceptoris, qui circa an. 1200. clauit, *Brunellum* s. *Burnellum*, vel *Speculum Stultorum* carmine elegiaco ab ipso non sine ingenio et salibus scriptum, sed hic *prosa* redditum, quod certe rarum, ut ex *Oudini*, *Fabricii*, *Tanneri* et aliorum, qui de Autore ejusque *Speculo metrico* agunt, silentio planum fit. Praefationis inscriptio miniatata est: *Incipit prologus in Speculum stultorum*. Duplex est in editis, ut docet Exemplar *Coloniense* anni 1499. 4. mihi objacens, Prooemium, oratione *prosa* unum directum ad *Guilhelmum* postea *Eliensem* Episcopum, quod

2337

A S C E T I C I.

2338

quod in quibusdam *Angliae* Mfs. *Moralitas Speculi Burnelli* dicitur, cum re ipsa totam *Asini* fabulam, quae *Speculi* materia est, de Monacho conditione sua non contento interpretetur; alterum versa ad eundem *Guilhelmum*. Prologus noster multo brevior ab utroque differt, et incipit: *Dilecto sibi in christo fratri wilhelmo Suus nigellus salutem. Nuper a me editum licet stilo minus*

exarato et sapido libellum tibi transmitto legendum. Opusculum ipsum in VI. quasi capita divisum sic ingreditur: *Asinus quidam natura decoratus aurium longitudine, conatus est habere caudam parem &c.* Per decursum *παγαφρασις* ita versatus est, ut Poetae membra saepe tantum disjecisse videatur, quin et Carmen aliquoties retinuit, ut in *Cantico Brunelli*, quod incipit:

Cantemus socij festum celebremus aselli &c.

In *Epitaphio Fromundi*:

Fratribus exemplum frater fromundus in eum &c.

Et in totius Narrationis epilogo. *Sententia Brunelli de Ordinibus Religiosis*, quam *Martenius Vet. Monum. T. VI. p. 1.* seorsim edidit, adest in *Cod. nostro*, ut in editis *metricis*. Male itaque conjecit *Mansius Fabric. L. II. p. 286.* ab his abesse, quia illud in exemplo suo Ms. non haberet, quod probe mutilum esse oportuit. Perperam idem Ordinem recens in *Anglia* institutum *sym-*

phimigram adpellat, quanquam bene ad *Gilbertum* referat, e cujus loco natali *Sempringham* vel *Simplingham* sinceram scriptionem discere potuisset. Codex noster legit *simplingam*, utique rectius quam editorum *Simplegeam*. Neque *Martenius* probandus, qui *l. cit.* ad carmen illud de *Monachis albis* carnes furtive comedentibus:

*Carnibus absumptis vestigia nulla videbis
Ne clament Her her, ossa sepulta jacent.*

autorem *Germanum* fecit, quod *Her her* domine domine significet. *Anglofaxonica* expressio est

Praelati ossa deprehendentis: *Her her!* i. e. *bic bic!* — Ad calcem in nostro *Cod.* legitur: *Explicit*

*Speculum stultorum reperitur copia quorum
Rome colonie nec non ubique locorum.*

Adjecta

2339

C O D I C E S

2340

Adjecta est lepida Cantilena hybrida e latino et dialecto inferioris Germaniae de *Asino* Presbyteratum ambiente, *Asellulus de mola nam orlouff* inscripta. Inter alia:

*Si essem tam beatus, dat ik eyn prester worde,
Sic esset deo gratus, de myne misse borde.
Deinde predicarem, groet afflaet wolde ik gbeuen,
Quum saccos non portarem, so mochte ik sachte leuen &c.*

Ad calcem: Nota bene mysticum sensum huius carminis, quod datum fuit in bryle (Brielaë Holland.) in Anno domini 1400. Ad didit alia manus: Ante multos annos datum fuit in bildensem quemadmodum audiui anno domini 1425.

II. fol. 73. Hic incipit Liber de ludo scacorum moralizato. Multi erant in Moralizando Majores nostri. Ita Donatum, Ludum Chartarum, Gesta Romanorum, quin et Ovidii Metamorphoses moralizatas nobis transmissere. Praesens moralizatio nostra autorem habet Jacobum de Cessolis O. P. qui in Picardia natus circa Sec. XIII. et XIV. confinia claruit. Nomen patriae illius a librariis posteriori aevo in Cessulis, Cassalis, Casulis, quin et Tessalis et Thessalonia deformatum est. Nomen Casulis maxime arridebat Lambecio, ut habes Comment. L. II. p. 848. qui hominem ex nomine Von Hütten germanum cupiebat, neque notavit opinionem hanc Kollarus, quanquam hujus tempore jam certa disci poterant ex Scriptt. O. P. T. I. p. 471. et T. II. p. 818. ubi Codices Bibl. Augustae opusculum Jacobi continentes enumerantur.

Initium ejus est: Multorum fratrum ordinis nostri et diuersorum secularium precibus persuasus &c. Divisio in Tractatus IV. quorum I. agit de causa inuentionis ludi scacorum, alter de formis scacorum nobilium, qui Autori sunt: Rex, Regina, Alphili, Milites et Rochi, tertius de formis et officijs popularium, quartus denique de progressu et motu omnium. Finis est: Hunc autem libellum ad honorem et solatium nobilium et maxime ludentium ego frater Jacobus de casul. ordinis fratrum predicatorum composui sic transtuli (non ex alia lingua, sed ex sermonibus ad populum habitis, ut ipse ait in Praeloquio) et ad hunc finem perduxi donante illo &c. Opusculum olim celebre et in plures linguas translatum pluries etiam jam Sec. XV. prelum subiit, atque ut Quetisi et Echar-di parciatatem compensem, qui solius editionis Mediol. 1479. lat. f. meminere, latinas unam f. l. et a. f. alteram Mediol. 1497. f. Germanicas unam f. l. 1477. f. alteram Aug. Vindel. 1483. 4. utramque inscriptam der Schachzabel. Batavam Delpbis 1483. 4. dictam Dat Scaakspel, et Italicam Florent. 1493. 4. admetior.

An

2341

A S C E T I C I.

2342

An lingua Autoris patria, videlicet gallica, etiam prodierit, doceant peritiores Bibliographi. Codices mf. certe non defunt.

III. fol. 103. *Casus* reseruari Papae. Multoties editi.

IV. fol. 103. p. 2. *Epistola beati bernardi ad quendam nobilem militem de cura et modo familiam utilius regendi.* Initium:

*O tu qui transis, qui nescis, craftius an sis,
Id quod delectat, non te, cum sit breue, flebat.
Carnem comepse, preciose sint procul esce &c.*

Versuum 60.

VI. fol. 106. Satira brevis ex Evangelii dictis confarcinata in avaritiam Curiae Romanae, satis insulsa. Initium: *Passio domini nostri pape secundum marcum auri et argenti. In illo turbine dixit papa Bononie discipulis suis: Cum venerit filius hominis ad sedem maiestatis nostrae tunc dic Hostiarie illi. Amice ad quid venisti et si perseuerauerit nil dans nobis, proice eum in tenebras exte-*

*O bone mons fortis christi protege sub alis
Per celerem cursum properas ad premia sursum,
Nulla sinistrorsum te flebant, nulla deorsum &c.*

Versuum 58. Ejusdem cum superiori venae, ut videtur.

*Propter Syon non tacebo,
Sed ruinas Rome flebo &c.*

Fragmentum tantummodo longioris rhythmici, qui extat inter *Varia doctorum piorumque Virorum de corrupto Eccl. statu Poemata*, ex Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

Generoso et felici militi Raymundo domino castri ambrosij Bernardus in senium deductus &c. Jam Codd. aliis *Claraevallensi* abjudicata et tributa Carnotensi.

V. fol. 105. *Exhortatio ut quilibet curam gerens anime suae carnis refrenet voluptatem et mundi fugiat vanitatem.* Carmen leoninum, quod incipit:

riores &c. Ultima: *Exemplum enim dedi vobis ut quemadmodum ego rapui, ita et vos rapiatis.*

VII. fol. 106. p. 2. *Epistola missa domino pape et Cardinalibus per luciferum principem. Lucifer princeps tenebrarum tristitia profundi regens &c.* ut Codd. variis.

VIII. fol. 108. *Exhortatio bona ad bene viuendum et operandum.* Rurfus carmine:

IX. fol. 109. *De flebili statu Presentis Romane Curie.* Incipit:

edit. M. Flacii Illyr. Basil. 1557. p. 408. 8. Nobis definiens in haec verba: *carinam pecuniae.* —

C c c c

X.

2343

C O D I C E S

2344

X. fol. 109. p. 2. Pfalmus L. five *Miserere* rhythmis redditum hoc Praeludio :

*Dum henricus egrotaret, et egrotans cogitaret,
Quod ad vite terminum
Vocaretur a potente, metu mortis imminente
Inuocauit dominum.*

Quis hic *Henricus*? Imperatorumne aliquis? Paraphrasis sic inchoat :

*Miserere mei Deus, quia miser, quia reus
Delictorum meritis &c.*

Et finit :

*Sicut erat ab eterno gloriosum in superno
Magnum nomen Domini.*

XI. fol. 110. absque inscriptione *Jacobi* five *Jacoponi de Benedictis* O. M. pius Rhythmus de mundi contemptu :

Cur mundus militat sub vana gloria &c.

notus ille quidem et tritus, editusque cum aliis illius cantiunculis italicis *Romae* 1558. et *Venet.* 1617. 4. Quid si Paraphrasis praecedens etiam ad hunc *Jacoponum* pertineret?

XII. fol. 110. p. 2. Exhortatio ad incitandum homines ad bene viuendum et mortem desiderandum. Incipit: *Haecenus cum Seneca loquar, qui ait, prius desideravi ut bene viuerem, nunc autem desidero, ut bene moriar &c.* Citatur per decursum *Chrysostramus, Bernardus, Dionysius* de div. Nominibus &c.

XIII. fol. 112. Incipit *Itinerarius a terra anglie in partes Ierosolimitanas et ulteriores marinas editus primo in lingua gallica-*

na a milite suo aetore anno incarnationis domini M° CCC LV in Ciuitate leodien. et paulo post in eadem ciuitate translatus in hanc formam latinam. Initium: Cum terra Ierosolimitana terra promissionis filiorum dei dignior sit cunctis mundi terris &c. Paulo post proditur Autor *Johannes de Mandeville*, quem et *Montevillanum* et *Magnovillanum* quidam adpellant, natus, ut ipse ait, in villa *S. Albani*, qui a. 1322. *Masilia* solvens annis 33. in Oriente exactis, anno supra dicto *Leodii* fata sua narravit. Falsus est itaque *Tannerus* in *Bibl.* qui anno 1332. profectum, et *Fabricius*, qui annos 23. peregrinatum adseveravit. Sedibus porro *Leodii*

2345

A S C E T I C I.

2346

dii fixis *Ulysses* hic *Britannicus* obiit a. 1372. Ὀδυσσεύς vero illius auide exceptum, in varias linguas translatum, et sub initia Typographiae frequentius prelo subditum est. Editionibus itaque *Maittairio* memoratis *Italicas* tres *Mediol.* 1480. *Venet.* 1491. *Florent.* 1492. 4. *Germanicas* duas *Aug. Vindel.* 1482. f. *Argent.* 1488. 4. et *Gallicam* unam *Lugd.* 1480. f. addo. Ad calcem nobis subjicitur Index Capitum *primi libri*, ubi, quod mirum, Opusculum tribuitur *Henrico de Creuelt militi de Anglia*. Interpretis fortasse latini hoc nomen est.

XIV. fol. 131. p. 2. *Prophecie Abbatis Joachim et quorundam aliorum de statu diuersorum regnorum*. Initium: *Nota propheciam Abbatis Joachim de regno francie in expositione secundi capituli Jeremie &c.* Vides excerpta tantum esse, quae in edit. *Opp. Venet.* 1519. 1525. 4. *Colon.* 1577. 8. plenius cognosci possunt. *Joachimi* fragmina excipiuntur ab aliis, quae sic inchoant: *Quod deus sepe suis electis reuelat archana futura, et inducit arnoldus de noua villa in libro de consummatione seculi exemplo cuiusdam viri omnino illustrati totaliter ad fidei eleuacionem suspirantis postquam miro stilo sub latina facundia reuelatum fuit, sed quia illustratus erat, postquam scripsit non intellexit. Idcirco communicauit cuidam deuoto in christo, qui sibi exposuit et ambo illuminati erant per hoc, postquam communi-*

catum est arnoldo dicto sub tali forma que sequitur. Ad verba de *consummatione seculi* manus paulo recentior, saltem alia, in margine adiecit: *Ymo in libro de misterio cymbalorum, quem scripsit ad pontificem (Bonifacium VIII?) et monachos scibale dei (Carthusienses dioec. Tarracon. in Catalonia?) Utrumque hunc Librum, de quo apud Arnoldi Biographos passim silentium, in uno Codice cum multis aliis Theologici argumenti Arnoldinis possedit Gilb. Cognatus Nozerenus, ut notavit in Bibl. Gesnerus, qui utique non dubitauerit Arnoldum Villanovanum et Nouicomensem (Κορνη, Villa) unum eundemque fuisse hominem. Praedictio porro ipsa Graeciam, Ceciliam (Siciliam) Italiam, Germaniam, Yberniam et Hispaniam pervadit et concludit: Nota hec contingent in XIII centenario secundum quod dominus arnoldus recitat in eodem libro ubi supra. Sed rursus manus in margine: Ille autem est dudum preteritus. Probe!*

XV. fol. 133. p. 2. sub titulo: *Remedia contra Epydimiam et morbum pestilentialem* habentur sequentia: I. Excerptum ex Tractatu de Proportionibus *Nicolai Orem* s. *Oresmii de ymaginacione seu fantasia*, ut scribit Noster, hoc initio: *Reuerende Domine quia accidentia anime istis temporibus epidimicalibus aliquando multum nocent, ut puta timor tristium &c. Oresmii Tractatus cit. quem Fabricius inter Viri inedita censet, pluries lucem vidit,*

C c c c 2

et

2347

C O D I C E S

2348

et nominatim *Venetis 1505. II. Preseruacio et cura postematum pestilentialium secundum intentionem magistri Johannis de Torne-mira. Medici hujus Galli et Academiae Montispeffulanae Cancellarii, qui circa 1450. floruit, Scripta habes in Bibl. Gesneri et Mercklini Lindenio renov. III. Aliud confimile Regimen, cujus initium: De preseruacionibus contra epidimiam primo sciendum quod consilio baly intendamus, qui dicit, Descendant habitantes a loco ubi hec contingunt &c. IV. Rur-fus aliud, quod incipit: Quoniam omnia inferiora tam elementa quam elementaria a superioribus reguntur, ut meschallac in libro attestationum attestatur &c. Hujus autor se prodit fol. 139. Idcirco ego Johannes de Burgundia alias vocatus cum barba cuius leodien. ac artis medicine professor — qui dudum in principio huius Epidimie de causis et natura corrupti aeris secundum Judicia astrologie tractatum feci, de quo multi habent copiam Et sic incipit: Deus deorum dominus qui simpliciter et absolute &c. Addit: Item alium tractatum edidi de distinctione morborum pestilentialium ab alijs morbis, qui sic incipit: Cum nimium propter instans tempus Epydimiale. &c. Tres itaque Johannis hujus cum praesenti Tractatus numerantur, quorum unum modo Gesneri Bibliotheca memorat, Mercklino su-prac. penitus de ipso Autore fi-lente.*

XVI. fol. 144. Incipit epistola quam scripsit dominus Pbilippus (de Heinsberg) decanus maioris ecclesie Colon. qui postea factus fuit Archiepiscopus eiusdem ecclesie (✠ 1191.) Ex consensu totius cleri Colonien. beate Hildegardi petens ut eum certificaret secundum quod ei deus reuelaret de futuro statu Coloniensis ecclesie. Initium: Philippus decanus licet indignus — Maternam pietatem vestram &c. Extat una cum Hildegardis responso, quod incipit: Qui erat et qui est, et qui uenturus est &c. inter ejus Epistolas Colon. 1566. 4. p. 156.

XVII. fol. 150. p. 2. Epistola Geuenonis prioris de euerbach ad filias Sancte Hildegardis. Scripserat Coenobita hic Benedi-ctinus, quem Vischius in Bibl. Cisterc. sub nomine Giconis perpe-ram suis adjungit, Pentachronon seu Epitomen Revelationum Hildegardis, quam nos indicabimus Cod. DCXXXII. quaque Bibliothecae Angliae, teste Oudino T. III. col. 51. abundant. Jam occasionem epistolae hujus ab obitu Virginis exaratae ipsis Gebenonis verbis subjiciam: Nuper cum essem apud vos et libellum illum (Pentachronon) in manibus haberemus, et de ipso colloqueremur — vna ex vobis uerba illa sancte bildegardis que loquitur in fine libri diuinorum operum uidelicet. nullus hominum tam audax fit, nec uerbis huius scripture aliquid augendo apponat. uel minuendo auferat. ne de libro vite et de omni

omni beatitudine que sub sole est deleatur. *semel et iterum vobis audientibus legere cepit me ex obliquo reprehendens ut puto tamquam transgressorem verborum illorum.* Απολογίαν itaque sibi texit ostendendo, se nihil nisi partes interpretis adsumfisse, quod utique et circa sacras Literas liceret. Petierant praeterea dictae Moniales, ut de illis hereticis aliqua specialiter scriberet, de quibus prophetat et premunit in epistola ad Colonienses beata mater. Hos porro sic adumbrat: *Populus iste a dyabolo seductus et misus pallida facie veniet et velud in omni sanctitate se componet ac maioribus secularibus principibus se coniunget, quibus et de episcopis et clericis sic dicet. Quare istos vobis habetis, et quare istos vobis patimini, qui totam terram in maculosis suis iniquitatibus polluant. Isti enim ebrii et luxuriosi sunt et nisi eos a vobis abiciatis tota ecclesia destruetur. Populus autem qui de vobis hoc dicet vilibus Cappis que alieni coloris sunt, induitur. et recto modo tonsus incedit, atque omnibus moribus suis placidum et quietum hominibus se ostendit. Avariciam quoque non amat, pecuniam non habet, ac in occultis suis tantam abstinenciam imitatur, quod etiam vix aliquis ex eis reprehendi poterit &c. Agat hic, qui vult, Oedipum; noster certe Virgunculas suas hortatur, ut ab hoc hominum genere caveant; non enim venturum cum Antichristo, sed satis ante &c. Ine-*

ditam habeo hanc *Gebenonis* Epistolam, de qua silent Scriptores.

XVIII. fol. 153. *Incipit tractatus magistri Samuelis israhelite per quem probatur aduentus christi siue messye dudum preteritus per dicta prophetarum legis veteris que iudei accipiunt translatus de arabico in latinum per fratrem Alfonsum byspanum ordinis predicatorum.* Praeit epistola interpretis *Parisis* data ad Magistrum Ordinis sui generalem *Hugonem de Vaucemain*, quae abest a multis antiquis libelli editionibus, reposita tamen in *Bibl. PP. Lugd.* T. XVIII. p. 519. quamque si vidisset *J. Cpb. Wolfius Bibl. Hebr.* T. I. p. 1099. non adhaesisset uni Codici ms. *Bonomiensi* versionem ex *Hebraeo* factam adfirmanti. Ceterum notior est *Libellus*, in tot linguas traductus, totiesque jam *Sec. XV.* typis excusus, ut me parum detineat, id monere contentum, multo antiquiorem extare *Versionem germanicam* ea, quam citat *Fabricsius Bibl. med. L. I. p. 71.* jam enim formis *Casp. Hochfederi Norimb.* editam habemus anno 1498. 4. Ad calcem haec nobis leguntur: *Explicit — Sub anno domini seu natiuitatis eius M. Et translata de arabico in latinum per fratrem Alfonsum boni hominis (de Buen hombre) yspanum — Sub anno domini M^o CCC^o Tricesimo nono domini benedicti pape duodecimi anno suo quinto.* Recte omnia. Itaque non video, quomodo *Viro docto suprac. Bibl.*

Bibl. Hebr. p. 1100. exciderit, Ecclesiam Romanam usque ad sua tempora *Benedictum XII.* non habuisse. De *Alphonso* jam ad *Cod. CCXLVII.* fermo fuit.

XIX. fol. 166. *Incipit prologus qui dicitur pharetra* (i. in Pharetram) *de disputatione contra Judaeos.* Jam *Codd.* pluribus indicatum Opusculum, sed hic praemittitur *triplex cautela* in disputatione contra Judaeos, et plura alia variant, ut jam ipse ingressus: *Tolle arma tua pharetram et arcum ad vulnerandas vulpeculas que demoliuntur vineas nostras &c.* De cetero adi, si lubet, *Indicem, Cod. item CCCLXV.* ubi *Theobaldum O. P.* autorem leges.

XX. fol. 175. p. 2. brevis *Expositio decem Plagarum Aegypti, septem Petitionum in Oratione dominica contentarum, septem donorum S. Spiritus, et octo Beatitudinum,* sed sine trunca.

XXI. fol. 177. *Gesta Romanorum moralisata.* Futilis Fabularum congeries, ita disposita, ut quamvis fabulam sic dicta *moralisatio* seu adplicatio ad rectam vivendi rationem excipiat. Atque ex hac lacuna bibebat sprete fontibus superior aetas, ut multiplices editiones horum *Gestorum* Sec. XV. diversis linguis curatae demonstrant. Exemplar nostrum cum eo collatum, quod a. 1488. *f. l.* sed, ut videtur, *Argentinae* typis *f.* prodiit, multo brevius est, cumque illud *Narratiunculis* CLXXXI. constet, nostrum non nisi XXXVII. censet.

Initium habet: *Dorotheus Imperator statuens pro lege quod filij parentes suos sustentarent &c.* Atqui haec fabula in impressis est *decima quarta.* Si *Sal. Glassum L. II. Philol. sacr. Sect. 3. p. 601.* audis, earum autor est *Petr. Berchorius O. S. B.*

XXII. fol. 187. absque titulo *Tractatus Pathologicus et Therapeuticus de Pestilentia,* qui incipit: *Ad honorem sancte et individue trinitatis et virginis gloriose et utilitatem reipublice volo aliqua scribere de pestilentia que nos frequentius inuadit quam fecerit antiquos &c.* Post inquisitionem in causas adferuntur remedia, ut fit in omnibus ejusmodi dictis alias *Regiminibus.* Ad calcem: *Hec sunt dicta magistri* (extritum nomen) *Cancell. et aliorum magistrorum in preclaro studio montis pestulani.* Et ad latus: *Vltima die Septembris completa 1393.*

XXIII. fol. 190. *Anno domini M^o CCC^o XXX^o.* *Infra scripta sunt mirabilia que vidit frater Odoricus de foro Julij ordinis fratrum minorum ultra mare et que idem frater ad preceptum sui provincialis in virtute obediencie scribi fecit per religiosum virum fratrem Guillelmum de solagna ejusdem ordinis sub anno Mense et die infra scriptis.* Initium est: *Licet multa et magna de ritibus et condicionibus huius mundi enarrentur, Tamen sciendum est, quod ego frater odericus de foro julij volens transfretare &c.* Opusculum hoc jam *Itinerarii,* jam *Peregrinationis* aut *Novitatum* vocabulo

2353

A S C E T I C I.

2354

cabulo inscriptum primus e *Mf.* in *Annales Minorum* transtulit *Lucas Waddingus* T. III. ad an. 1331. dein *Bollandus* in *Act. SS.* T. I. *Januar.* p. 986. sed ex alio Codice repraesentavit. Ab utroque exemplo multum abit *Nofter*, ut quaedam dabunt specimina ad *Bollandi* numeros exacta. N. 1. *Boll. ipsa* (Trapezus) *schola* quaedam est *Perfarum*, *Medorum* &c. *Nofter*: *portus est.* *Boll. Castrum Tegana.* *Wadd. Zancha.* *Noft. Zanega*, qui praeterea subjicit: *In hac Ciuitate positum Corpus anastasiij, qui fecit symbolum: Quicumque vult saluus esse. Nil de hoc in Act. SS. T. I. Maji.* ubi *Athanasii* corpus *Alexandria CPolim*, et hinc *Venetias* translatum ostenditur. N. 2. *Boll. ciuitatem nomine Caricon*, *Wadd. Achaerea.* *Noft. Arciron*, melius, pro *Erzerum*. Praeterea *Oderico* volenti montem *Ararat* conscendere, dicebat gens illa, quod nullus vnquam ascendere potuit, *Boll. quia hoc dicitur Deo altissimo non placere*, *Noft. nam hoc nostro domino altissimo non placet*, et fortasse sic rectius de *Sultano* intelligatur. Haec sufficiant, si addidero, in *Cod. nostro*, ubi alii legunt *terra, territorium*, semper haberi *Contrata* voce *Italo-barbara*, quod mihi argumento est, exemplum ex antiquissimis esse, e quo alia ad externorum captum exscripta sint. Item *Narrationem de M. Chano*, quam velut *Appendicem* *Codex Bollandi* adtexuerat, in nostro ipsi *Itinerario* ex persona *Odorici* inser-

tam esse. Finit hic: *Ego frater Odoricus de foro Julij de quadam terra que vocatur portus maonis* (naonis, Pordenone, non itaque *Utinensis* natu) *de ordine fratrum minorum testificor et testimonium prebeo reuerendo fratri et domino meo fratri Guidotto prouinciali sancti antonij in Marchia Triuifina cum ab eo fueram per obedientiam requisitus quod omnia que superius scripta sunt propriis oculis vidi et quedam audiui a fide dignis vt predixi. Communis etiam locutio illarum contratarum quod illa que non vidi testatur esse vera. Multa etiam alia vidi que scribi non feci cum ipsa incredibilia apud homines videntur nisi illa proprijs oculis conspexissent. Ego autem de die in diem propero (praeparo) me ad illas contratas accedere in quibus dispono me vivere et mori vt illi placuerit a quo cuncta procedunt. Predicta autem fideliter frater *Guillelmus de solagna* (Provinciae *Mutinensis*, non de *Saxonia*, ut *Wadding.*) in scriptis redegit sicut predictus *odoricus* ore proprio exprimebat. Anno domini *Millesimo CCCo XXX* de mense *maiij Padue in loco sancti antonij confessoris*, (unde *Odoricus* infirmus *Utinum*, locum mortis, transferri voluit) *nec curauit de latino difficili et ornato sed sicut ille enarrabat sic iste scribebat ad hoc vt ipsum omnes legentes facilius intelligerent que dicuntur. supradictus frater odoricus transiit de hoc mundo ad deum in conuentu utini Anno Domini M. CCCo XXX.**

(ma-

2355

C O D I C E S

2356

(manifeste omiffa unitas) die *IIII* (omiffa decas) *Januarij* qui postmodum coruscavit miraculis. Amen. Anno 1331. 14. Jan. mortuum, consentiunt Scriptores Ordinis, sed emendandus ex diëtis *Waddingus*, qui *Annal. T. III. ad h. a. Itinerarium Utini* dictatum voluit. Copiose ceterum de Nostro egit *Job. Jos. Lirutus* in *Notizie de' Letterati del Friuli T. I. Venet. 1760. c. 17. p. 274.* quem, si lubet, adi.

Praetextae sunt *Codici* in membrana Literae executoriales *Fantini de Valle J. V. D. Archipresbyteri Parentini*, Pontificii *Capellani et S. Palatii Apost. causs. Auditoris sententiae pro Henrico Hecht* contra *Johannem Puor* de *Ratingen* latae, qua memorato *Hecht* Vicaria in Ecclesia *B. M. V. ad gradus Coloniae* adjudicatur. *Dat. Romae apud S. Petrum A. 1469. Indiët. 2. die 13. Jan. Pontificat. Pauli PP. II.*

anno quinto. Testibus *Nicolao Gleywitz* et *Henrico Konen* de *Sprinck* notariis publicis. Subscripsit *Vitus Truchsefs* clericus *Bamberg.* Vice *M. Henrici Le-benther* clerici *Herbipolen.*

DCXVI.

Codex chartaceus immixtis tamen membranis, lat. Sec. XV. Folior. 287. 4. a Diversis conscriptus continet, quae sequuntur: I. *Alani de Insulis*, de quo videri potest *Index, Anticlaudianum*, sive Poema versu hexametro, in IX. Libros distinctum, quae tamen Distinctio in *Codice* observata non est. De ejus Nomine, Materia, Editionibus agit *Polyc. Leyserus* in *Hist. Poetar. et Poem. med. Aevi* p. 1016. ubi etiam Praefationem et Librum I. e *Mf. Helmstadiensis* exhibet ob lectionis varietatem. Ad Praefat. quae incipit:

*Autoris mendico stilum falerasque poete.
Ne mea segnicie clio deiecta senescat &c.*

obfero, in Exemplaribus quibusdam Caesareis *Aurorae Petri de Riga* praefixam reperiri, adeo-

que dubium esse, ad utrum re ipsa pertineat. Opus ipsum, cujus initium:

Ut sibi iuncta magis nature dona resultent &c.

fat emendate scriptum definit:

Exhausit proprio concludens sine laborem.

Adjecit Librarius: *Explicit per manus Nicolai de Wratislavia.*

II. fol. 57. subeunt per 2. columnas exarata *Precepta Magistri*